



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

II. De prodigijs quae tum apparuerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

memoriam Ecclesiam numquam sine honoris præfatione usurpauit, qui cum cœlis commercium habuerunt, quique decies mille mortes subire, quam vnam Fidei syllabam corrumpere maluis sentijs, inquam, quorum gloria in omnia futura sæcula perdurabit, audeant æquiparare.

Quid? an Soles illos, quorum claritas mille Mundis illustrandis satis esse possit, à Luthero lumen mutuatos credimus? An purissimas illas animas, quæ ab omni imperfectione & iabe actiones, immo & cogitationes suas defæcatae studierunt, impuro illo monacho, ex sanctimonialis complexibus calenti in disciplinam se tradituros fuisse existimamus? O Luther! miserrime! Potuisse tu quidem ab illis lumen mutuari, potuisse veram doctrinæ & morum regulam ab eis disce- re; sed tu, velut talpa in tenebris illis suis ca- uernis sepultus latere, quam salutaribus illis Ve- ritatis radijs illuminari & ex cæco & amictuoso illo errorum tuorum labyrintho educi prælegisti. At vos, o Lutherani, Numquid Midæ illius similes estis, qui inconditam & stridulam Satyri fistam suauissimis tot Apollonum fidibus præferre non dubitatis? Apagite igitur ad rudes illos & Barbaros Schytas, qui hinnitu equia aut asini ru- gitu magis, quam Mysico concantu delectantur. Missos vos facio in hoc Mundo, qui vos procul dubio in altero illo alio oculo quam nunc intue- bimini, dicentes: Nos insensati vitam illorum (Ca- tholicorum, Papistatum, Monachorum &c.) esti- mabamus insaniam & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter San- ctos fors illorum est. Ergo erramus, & lusitria lumen non affulxit nobis &c.

## DE DIVERSIS MALORVM QVÆ sequuta sunt prodigijs.

### CAPUT XII.

#### ARGUMENTVM.

- I. Lutherus Antichristi præcursor, cum totius Mundi stupore.
- II. Depredigij & quætunc apparuerunt.
- III. Tres Soles in celo vix sunt.
- IV. Itemque tres Luna.
- V. Plurime Eclipses Lutheritatem tempore conspecta.
- VI. Astrologorum de ipsis iudicia.

I. POSTEAQVAM tam Orientalis quam Oc- cidentalis Ecclesia monachum illum, qui primum claustris monasterij sui perruptis, omni proculcata subiectione & obedientia, ad pileum quasi omnes vocarat; qui Catholica Ecclesia antiquitati superbissime illuserat, qui tot sedicio- nes, tot bella excitauerat & aluerat, nouam deni- que religionem, & nouum quasi Deum Mundo inuexerat, tandem sine vlo missionis suæ testimo- nio, mortuum vidit; non sine causa profecto hunc ipsum & si non Antichristus ipse fuerit, præ- cursorem tamen eius fuisse, plerique vera pierate & doctrina præstantes viri arbitrati sunt. Præter- quam enim quod Lutheri nomen, sicut alibi à nobis dictum est, (a) numerum illum Antichristi nempe 666, præfert: ipse etiam, quantum in se fuit, iuge illud Missa sacrificium aboleuit, sacrosanctæ Eucharistia elevationem atque adorationem prohibuit, quod Antichristum facturum S. Hippolytus præ- dixit; ab ipso denique consuta religio in multis illi similis est quam ab Antichristo imperatum iri prædictiones testantur: præter hæc omnia, in- quam, multa signa & prodigia, qua aduentum vltimi illius Christi aduersarij, qui in sacra Scriptura etiam homopœcati dicitur præcessura sunt, Luther- ro in Ecclesiam grassante, apparuerunt. De signis vero illis & prodigijs quum cœlestium ille rerum secretarius in sua Apolypsi, tum ipse Dominus no- ster Iesus Christus in Euangeliotestatur, ex quib[us] præcipua sunt quod Sol lugubri vultu terribilis, Luna obscurabitur, planetæ & omnes alterationem quan- dam sentient, mare fremens terminos à natura positos egreditur, bello, peſe, fame homines ad desperationem usque affligentur.

II. Hæc vero omnia Lutheri sæculura vidi; quo admirabiles fuerunt Planetarum combustio- nes, & totamq[ue] stupenda Eclipses, stellarum vero præcipue errantium terribiles formæ apparuerunt; Sol ferrugineo, mox sanguineo vultu conspicien- dum se præbuit: & crux nigra, itemque aquila & leo mutuo se complexi, toti quasi flammis lucentes visi sunt. Recens ante confederationem Principum Germania, inqui Peucerus Lutheranus, cum Gallie rege, Anno MDL circa tertiam à Sole exortu horam, XXI. Martij consperimus Parelia, qua nitore propemo- dum Solem antecellebant. Erant arcu connexa Iridu va- riato coloribus, & in Occasum vergente, quæ consegue- bantur duo alijs corniculata specie, minores multo & an- gustiores ipsorum insignes coloribus, seq[ue] exteriore contingentes ambitu Eorum alter conuersis in Sole cornibus, auer-

a Lib. I. cap. 5. n. 2.

M m 2

alt

alter atq[ue] in Occasum porrectus, diutius unius hora spacio  
cernebatur. Quia vero portenderint, eventus ostendit.

Aliud deinde prodigium apparuit, in quo tres  
Soles conspecti sunt, & inter hos duo parelia tan-  
ta claritate, ut Solem ipsum illum astrorum regem,  
obscuras pene viderentur: & quidem eo ipso  
tempore quo contra Imperatorem occulte fiebat  
conspirationes Peucerum ipsum audiamus. Anno  
MDXLII. aliam vidimus pareliorum faciem. Sol velut  
in centro consistebat: eum duo cingebant circuli lucidi,  
in ambitu interiori urimque nitebat parelius, cœs ad  
extremum terminum diametri per centrum solis traiekti,  
constitutum; exteriorem arcus, iridis colore varius, effi-  
ges falcis, cornibus in Septentrionem versis inscidebat.  
Quæ coniunctiones Regum & Principum, qui motus sint  
sequunt, notum est.

III. Tres illi Soles, qui & cum & postea apparuerunt, tumultus & seditiones contra omnes fere  
Reges & Principes, quos religionis praetextu sub-  
diti imperio spoliate conari sunt, excitatas praefig-  
niscarunt. Si Astrologi credimus, in ista appari-  
tione sol Regem seu Principem representat; parelij  
vero eos qui Regi vel Principi rebellant. Nam si-  
cure parelij soi lumen suum quasi suffurantur, aut  
certe splendorem eius imitati coenantur, sic rebel-  
lum unicum vorum & scopus est, regibus coronas è  
capite decutere, sibiq[ue] imponere, legitimis hereditibus &  
successoribus exelus uti Apoc 9. §. Joannes previdit  
futurum in locast s. Circuli diversi colores qui no-  
vose eiusmodi soles cingunt, varias artes ac fraudes  
denotant, quibus rebelles pessimos suos conatus  
palliani & occultant. Testantur historiæ, (b) sub  
Octavij M. Antonij, & Lepiditri umviratu, quo  
Roma in suo sanguine pæne natare visa est, tres iti-  
dem Soles in cœlo apparuisse. Quemadmodum ve-  
ro duo falsi soles ex his non multo post evanuerunt,  
uno Sole reliquo qui vero & nativo lumine luce-  
ret; sic ex Triumviris illis, duobus Antonio & Le-  
pido sublati, totius Mudi imperium penes unum  
solum Augustum remansit. Ab Astrologis & alijs  
qui naturam & cœnsus astrorum curiosius obser-  
vavit, proditum invenio, parelios hos, velut indices  
fuisse occ. Itorum consiliorum, acque in perniciem  
regnum clam initatum societatum, in cœlo emi-  
nentes omnibusque obvij nitentes. Quemadmo-  
dum vero species illæ, quamvis expressam referat  
facie, fulgeantq[ue] Solis instar, adeo clare ac nitide,  
ut se illum splendore nonnunquam obfuscant,  
durentque quantumvis diu; tamen dissipantur  
tandem & dispergunt: ita fere coniunctiones confedera-

tionesque opprimendorum eorum caussa, qui rerum po-  
tiuntur, initæ, in nescium erumpunt ac dissipant, ipsi q[ui]  
exitio sunt auctoribus, quantumvis arditis devincantur  
ac muniantur vinculis, feliciterque initio procedant. (c)  
Paganis olim soleæ fuit, si quando parelij eius-  
modi conspecti essent, ad deos suos placandas sup-  
plicationes indicere & sacrificia offerre. Magni  
nominis historici referunt, eo die quo ille quem  
universa non capit Mundi machina, parvulus sta-  
bulo includi voluit, tres in Oriente Solesappa-  
ruisse; qui in unum dein coierint; quo sanctissimæ  
Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti, unius  
mysterium significatum fuit.

VI. Non equidem ignoro naturales eiusmodi  
pareliorum causas à Meteorologis assignari, qui  
dicunt esse quasdam imagines, nubi oscida & ful-  
genti imprecisas, subtili aliquo humore iostisum  
nostrum & Solem, in nube rotunda & æquali, Sol-  
lique opposita, se obiectante. Tunc enim Solis  
radios in nubem eiusmodi incidentes, in nostris  
oculis ex reflexione tamquam in speculo, simi-  
lem plane Solis figuram repræsentare. Et sane mi-  
nus hoc mirum videri potuisset meteorum, si Sole  
orienti vel occidente contigissent; quando nimili-  
rum eius radij imbecilliores sunt quam ut nubes,  
in quibus illa sit reflexio, discutere possit; quas  
tempore meridiano facile discutere possunt. Ut  
vero parelia eiusmodi pleno & medio die conspi-  
ciantur, vix sine miraculo contingere potest, ne-  
que umquam evenisse legitur quam circa Bospho-  
rum aliquando: cuius rei Aristoteles & Plinius (d)  
faciunt mentionem. Hoc vero ipso longè mirabi-  
lius est, tres Lunæ eodem videri tempore, sicut  
Anno M D L I. contigit. Vix enim tam debile  
Lunæ lumen sine miraculo eiusmodi reflexio-  
nem cauſare potest. Hinc Cardanus de Subtili-  
tate ait, minus mirum esse si tres Soles, quam si  
duæ Lunæ simul videantur. Et Plinius (e) tam-  
quam rem prodigiosam notat, quod Cneo Do-  
mitio & C. Flaminio Consulibus tres Lunæ in  
cœlo apparuerunt. At Germania Anno MCCC  
XIV. tres videntur sine stupore, ingentium ma-  
lorum, quæ paullo post sequuta sunt, præou-  
cios, Ludouico Bavaro & Friderico Austriaco de  
Imperio, Electorum dissensionibus miserabiliter  
distracto, cum magna hominum strage & regio-  
num

b Vid Dion. l. 45. & 47. Plin. lib. 2. c. 31. Euseb in  
Chron. Cocc. in Thesau. Cathol. lib. 2 fol. 100. c Vid. eind.  
Peucer. de Divin. d Lib. 2 cap. 32. e Lib. 2 cap. 33.